

1516. v. 17.

Sigismundus I. Rex Poloniae
 Cardinali Protettori.

123

Reverendissime in Christo Pater Et

Scripseramus jam antea ad Reverendissi-
 mam Dominationem Vestram eam roga-
 tam habens, ut jus et Prebenda Po-
 snaviensi quod ad petitionem Reveren-
 di olim Joannis De Lubraucis Episco-
 pi Posnaniensis a Sede apostoli-
 ca pro se impetraverat Reveren-
 do Domino Petro Episcopo Posna-
 niensi moderno et Regni nostri Vi-
 cecancellario conferre dignaretur.

Reverendissima etiam Dominatione Ve-
 stra, se id facere veleguibusdam li-
 teris suis ad nos scriptis, significa-
 vit Qua propter eandem Reverendis-
 simam Dominationem Vestram ite-
 rum atque iterum rogamus, velit
 jam tandem hoc ipsum jus suum ei-
 dem Reverendissimo Domino Episcopo
 Posnaniensi moderno tribuere. Nam
 is qui se modo ejus Prebendae Coad-
 jutorem asserit, est ei numeri prorsus
 inutilis. Dominus vero Episcopus Po-
 snaviensis modernus vult, in eadem
 Prebenda locare juris Pontificij Do-

ctorem



Doctorem, qui legendo et docendo
magne utilitati eius Ecclesie erit
futurus, prout hoc ipsum Venerabi-
li Dominus Stanislaus Bogh Cano-
nicus Vratislaviensis Secretarius et
Nuncius noster, cui super ea re cum Re-
verendissima Dominatione Vestra
tractare commisimus, plenius cum
eadem conferret, cui fidem habere
velit Reverendissima Dominatione Ve-
stra, valeat felicissime Reverendissima
Dominatione Vestra. v